



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

248. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

De his qui Ecclesias deserunt in quibus
profecti sunt & ad alias transeunt.

Ex Concilio Niceno.

CCXLVII. Quicumque temerè & peri-
culosè, neque timorem Domini præ oculis
habentes, nec agnoscentes ecclesiasticam re-
gulam, discedunt ab Ecclesia Presbyteri &
Diaconi vel quicumque sub regula prorsùs exi-
stunt, hi nequaquam debent in aliam Eccle-
siam recipi, sed omnem necessitatem convenit
illis imponi ut ad suas parræchias revertantur.
Quòd si non fecerint, oportet eos communio-
ne privari.

Concil. Nic.
c. 16.
Burchard. lib.
2. c. 98.

De eadem re. *Ex Concilio Chalcedonensi*
cap. x.

CCXLVIII. Non licere Clericum in
duarum civitatum conscribi simul Ecclesiis,
& in qua initio ordinatus est, & ad quam con-
fugit, quasi ad potiorem, ob inanis gloriæ cu-
piditatem. hoc autem facientes revocari de-
bere ad suam Ecclesiam, in qua primitus ordi-
nati sunt, & ibi tantummodo ministrare.
[*Vide Addit. III. Capitular. cap. 50.*]

Burchard. lib.
2. c. 96.

Item ex Concilio Antiocheno.

CCXLIX. Episcopus ab alia parræchia
nequaquam migret ad aliam, nec sponte sua
prorsùs infiliens, nec vi coactus à populis.
Maneat autem in Ecclesia quam primitus à
Deo sortitus est, nec inde transmigret.

Concil. An-
tioch. c. 21.
Burchard. lib.
1. c. 73.